

APPENDICE II
RENUNTIATIO IURI PATRONATUS

1346, marzo 3, Quiesa (Chiesa di S. Michele)

Regolo della fu Cina di Detto, visto il privilegio di fondazione del monastero di S. Michele di Quiesa risalente al primo ottobre del 1025, rinuncia a qualsiasi diritto di patronato sul monastero in favore dell'abate Michele

Originale, ARCHIVIO CAPITOLARE DI LUCCA, *Diplomatico* G. 155, 1346 marzo 3 [A]. Sul retro di mano del secolo XVI: «pro monasterio de Quiesa».

Pergamena di grandi dimensioni in buono stato di conservazione.

(S) In nomine domini amen. Noverit universi hoc publicum instrumentum inspecturi quod in presentia mei Iohannis notarii et testium istorum ad hoc specialiter vocatorum, Regulus quondam Cina de Detti quondam Domini Jacobini de plebe Camaioris, viso quondam privilegio fundationis, constructionis et dotationis monasterii S. Michaelis et abbatia de Quiesa pisane diocesi, facto per quondam marchionissam illustrem dominam Vuillam iugalem quondam Arduini, que Ardicione vocatur, et filie bone memorie Hughii marchionis, in anno ab incarnatione domini millesimo vigesimo quinto, kalendas octubris, inductione nona; et scriptum per manum Petri iudicis imperatoris et ipsius privilegi de verbo ad verbum sibi perfecto tenore et dato intelligi diligenter; visis etiam quibusdam vendictionibus sive veris remissionibus et donationibus suprascriptis per antecessores suos domino Michaeli abati dicti monasterii dixerit et confessus fuit et publice guarentavit se et dictos antecessores suos nullum ius patronatus habuisse vel habere in dicto monasterio nec in eius seu supra ipsis bonis. Dicens etiam expressa et ex certa scientia ut non per errorem proferens ac profitens: nunc scio vere et vere video quod nec ego nec mei antecessores sunt vel fuerunt numquam patroni dicti monasterii S. Michaelis de Quiesa et pro ullo numquam tempore ipse Regulus seu eius antecessores aliqua iura habuerunt, tractaverunt vel repererunt a dicto monasterio seu ab ipso, per tempora, abbatie vel monacis seu capitulo ipsa abbatia abate vacante seu in ipsis vel supradictis monasterii bonis vel rebus tamquam patroni seu ius aliquid patronatus habente seu invenirentur

habuisse vel precepisse hoc non de iure sed per usurpationem et
oppresionem habuerunt, preceperunt et tenuerunt. Qua re volens anime
sue et quantum potest et in eo est antecessorum suorum providere
salutem et de preteritis satisfacere et de futuris salubriter in posterum
ordinare, constitutus ante altare maioris dicti monasterii in manibus
venerabilis ac religiosi dompni Michaelis abbatis dicti monasterii sponte
pure, libere et ex certa scientia et non per errorem omni iuri patronatus
sique sibi et successoribus suis in dicto monasterio competenter ad
presens seu posset competere quamlibet in futuris vel competitisset usque
ad hec die quod tam viso dicto privilegio non credit ut superius extat
dictum renuntiavit expresse et ipsum ius siquid habet vel habere posset in
posterum quacumque ractione causa sponte et animo donandi
irrevocabilis inter vivos attulit supradictum altare in manibus dicti dompni
Michaelis abbatis ac ipsi monaci et abbati pro ipso monasterio se
recipiente et sollempniter stipulanti remisit, contulit et donavit et iuravit
supra sancta Evangelia supradictum altare, ipso altare corporaliter manibus
tacto predictam renuntiationem, remissionem, donationem et oblationem
ac omnia ac singula suprascripta et item per se et suos heredes proprios
firma, grata, rata habere et tenere et contra ea seu eorum aliquid non
facere vel venire ullo numquam tempore de iure vel de facto quocumque
quesito. [] sub pena et obbligatione omnium suorum bonorum presentium
ac futurorum, rogans me notarium item quod de predictis vel aliquo []
dicto abbati et monacis unum vel plura consistere publica instrumenta
adsensum et consilium sapientium horum instrumenta non mutata.
Actum Quiesa, in ecclesia Santi Michaelis abbatie de Quiesa. Coram Nanni
Salvi de Ussano Vallis Nebule et Coluccio filio suo, testibus ad hec
vocatis, anno nativitatis domini millesimo trecentesimo quadragesimo
sexto, inductione quintadecima, die tertia martii.

(S) Ego Iohannes quondam ser Luperadi Benvenuti notarii de
Bozano imperialis aule iudex et notarius suprascriptis omnibus
interfui et hec omnia rogatus scripsi et meis signo et nomine
publicavi.